

47
QVOD IGNORATIO
FINIS SECVLIS SIT
CONFUTATIO
CHILIASMI.

ex Marci XIII, 31 -- 36.

in

VNIVERSITATE NORICORVM
ALTDORFINA

d. 4. Maj. M DC XCVIII.

adversus hodiernos Chiliasmi , qvem
vocant , subtilissimi Patronos

disquisitione placida evincent

PRÆSES

CHRISTOPHORVS

*S*onntag /

SS. Theol. D. Prof. Publ. prim.
& Antistes,

¶

RESPONDENS

CHRISTIANVS DANIEL MENNLINGIVS,
Julioburga Silesius.

III. diss. A
I, 64

Literis HENRICI MEYERI, Univ. Typographi,

17.
a. CXIV. Oct.



QVOD IGNORATIO FINIS
SECVLI SIT CONFVTATIO
CHILIASML.

Loci

de fine seculi sive mundi

ditum ex Marc. XIII, 31 -- 36.

'Ο δέρνος καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μηδὲ μὴ παρέλθωσι.
Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας ὃδεις οἴδεν, εἰδένεις οὐδεν. Αὐτοὶς οἱ δύο δέρνοι, δέδεις οὐδὲς, εἰ μὴ οὐ Πατήρ. Βλέπετε, αὐτοὺς πυντεῖτε καὶ προσεύχεσθε. Οὐκ οἶδατε γὰρ, πότε οὐ καρός ἔστιν.
Ως ἀνθρώπῳ δύοδημῷ, αφεὶς τῶν οικίαν αὐτῷ, καὶ δύο τοῖς δέρνοις αὐτῷ τῶν ἐξασίων, ηγάπατο τὸ ἔργον αὐτῷ, καὶ τῷ θυρωρῷ ἐιετέλατο, ἵνα χειρορῃ. Γρηγορεῖτε δέ (οὐκ οἶδατε γὰρ, πότε οὐ Κύρῳ τῆς οικίας ἔρχεται, οὐψὲ, ημεσονυκτίς, η ἀλεκτοροφωνίας, η πέων) μηδὲ λαθὼν ἐξαίφνης δέρη ιμᾶς καθεύδοντας.

Cælum et terra præteribunt: sermones autem mei nequaquam præteribunt. De die autem illo, et hora illa, nemo scit, ne quidem Angeli, qui in cœlo sunt, nec ipse Filius, sed Pater. Cavete, vigilate et orate. Nescitis enim, quando tempus illud sit futurum. Nam Filius hominis ita est, ut quispiam, qui peregre abiens relicta domo sua dataque servis suis potestate ac suo cuique opere, janitori manda vit, ut vigilaret. Vigilate igitur (nescitis enim, quando Dominus dominus veniet, vespere, an media nocte, an in gallicinio, an mane) ne, cum repente venerit, inveniat vos dormientes.

A 2

QVANDO-

Memoriale

I.

SYLLOGI-
STICUM.

QVANDOQVIDEM APVD ORTHODOXOS ET
RECTE INFORMATOS EXTRA CONTROVER-
SIAM POSITVM EST, ID EXTARE IN SCRIP-
PTVRA, QVOD PER NECESSARIAM CONSE-
QVENTIAM DEDVCITVR EX SCRIPTVRA,
EODEMQVE IGNORATO, QVOD INDE DE-
DVCITVR, IGNORARI IPSAM SCRIPTVRAM
VEL IPSEM ET SALVATOR ASERIT, Matth.
XXII. 29: ITA, VT CVM GREG. NAZIANZENO
LOQVAR, EXTAT REVERA IN HIS VERBIS
CVJVSCVNQVE CHILIASMI CONFVTATIO.

§. I.



Otanter dixi: *Cujuscung.* Neqve enim crassos modò, sed & subtile斯 errores, qvotqvot ante finem mundi orituri, & integritati dogmatum Christianorum, de novissimis agentium, offseturi sunt, Spiritus S. prævidit, eosdemqve in verbo suo qvam invictissime qvamqve efficacissime redarguit. *Qvod si hic elenchus Scripturæ 2. Tim. III. 16.* à qvovis interprete non statim animadvertisit, vitium non penes Scripturam, utpote sufficienter & adæqvatè ad munia hæc ὠφέλιμον; sed penes interpretē ipsum, vel αἰδητήρια γεγυμνασμένα in lectione Scripturæ nondum habentem, vel præconceptis opinionibus obrutum, vel alia qvoqve ratione inhabilem indispositumqve residet. *Qvid mirum, obsecro, si oculi hebetes vel ad solem ca-*
lligent?

II. Argumentamur itaqve perinde, atqve οἱ ὀρθοδοξοὶ
προὶ aliī, Scripturæ analogiam seqventes, iisdemqve ὁμό-
Φωνα καὶ συνώδαι in scholis nostratis tradentes: *Si Christus*
mille annis ante finem mundi veniet, τότε cum Sanctis suis tūm in
Ecclesia

*Ecclesia superiore, tum inferiore regnabit ; seqv. diem illum extremum, quo mundus suum finem habebit, à piis & fidelibus non ignorari. Posterius adversatur Textui nostro. E. & prius. Aug-
*λαζια radiis solaribus clarior nobis affulget. Qvicqvid enim jam ante mille annos novi, & qvicqvid jamdum ab initio mille annorum mihi fuit revelatum ; porrò, qvicqvid mille annis labentibus aut decurrentibus certissime futurum scio, & cuius terminum ad qvem fore horum annorum exitum credo statuoqve, illud ignorare certe neqveo, & qvidem ignorantia ejusmodi, qvæ mihi cum Angelis ipso-qve DEI Filio exinanito sit communis. Was ich weiß / daß es nach Endigung derer 1000. Jahre gewiß erfolgen soll / das kan mir ja nicht unbekannt / noch verborgen seyu : inmassen tausend Jahre keine indeterminirte / sondern determinirte Zahl ausmachen. Posteroris annis nostris dictum plane reddit indubitatem. οὐν εἰδαν, inquit Judex, μίαν δὲ καιρός εστιν. Hoc igitur remoto, firmissimis sequelæ legibus etiam prius removeri convenit.**

III. Enimvero tam initium, qvam finem horum mille annorum determinat Dn. Autor der Warheit des herrl. Reiches J. C. (cui cum asseclis seriam erroris revocationem ex animo appreco) part. I. p. 116. ajens : Es ist bey diesen letzten Gerichten / da das erste grosse Gericht vor / das letzte nach den tausend Jahren vor sich gehet / wol in acht zu nehmen / daß solche beyde Gerichte an dem grossen tausendjährigen Tage / da Christus so wol im Anfang oder Morgen / als an dem Ende oder Abend desselbigen Tages auf dem Stuhl seiner Herrlichkeit sitzet / geheget werden. Idem ibid. pag. 125. Obgleich nun ein jeglicher / entweder in der Gnaden- als Born-Belohnung zur Zeit der 1000. Jahre ihr Gericht empfanaen / so empfan- gen sie doch nicht alle am Anfang dieses grossen Gerichts- Tages ihr peremptorium judicium und endliches Gerichte / sondern nur allein diejenige / welche für allen andern herrliche

Christen und warhaftig-Glaubige / oder extreme Nordgeister gewesen seyn / und zum Thier oder zum falschen Propheten gehöreret haben. Dieselben gehen im Anfang dieses Gerichts-Tages in den feurigen Pfuhl / oder in das ewige Leben; da die andern entweder in den ersten Todt gehen / oder zur Kirche auf Erden in den tausend Jahren behalten werden / und zuletzt nach vollendeten tausend Jahren auch ihr endliches Gericht empfangen. Idem ipse **JVDICEM CHRISTVM** sub initium hujus Chiliados toti mundo innotescere debere autumat, lib. cit. p. 98. Vor den tausend Jahren empfahet der Sohn das Reich von dem Vater/ daß er vor den Augen der ganzen Welt cum emphasi dafür erkannt wird. *Qui ergo jam circa initium Chiliados toti mundo innotescit, ejusdem adventus ad judicium ultimum, quem sub finem Chiliados fore illi existimant, non potest esse ἄγνωστος.*

IV. Objicis illico, ex mente Chiliastrarum , mille annos hic esse unum diem , ex 2. Pet. III. 8. Conf. lib. cit. pag. 125. & 126. *¶* Utut explicatione illa loci Petrini stante etiam probare quis posset , mille annos esse vigiliam nocturnam , ex Ps. XC, §. (id qvod implicat) tamen positio magis eo , quam concessio , firmum manet fixumque , Chiliastras post exordium diei illius magni , quem vocant , finem mundi determinate scire velle. Id qvod sententiae nostrae Classecæ denuo adversatur. Lege sis in lib. cit. paginam 124. & seqq. ubi judicii extremi processus, Matth. XXV. 31. seqq. descriptus , ad regni Chiliastici affanias mirum quam prodigiose detorquetur ; & *μέρα της ζωής* non in uno die, sed per mille annos, aut certè circa initium & circa finem hujus millenarii , seu mavis , ante & post illum , ante tribunal Christi congregatum iri , contenditur. Hinc pag. 126. concludit Millenariorum Choragus : Unterdessen ist es doch ewig war / daß alle / wann Christus sie citiret / für sein Gericht kommen müssen / es sey vor oder nach den tausend Jahren/ oder/

oder / so zu reden / am Morgen oder am Abend desselben grossen Gerichts-Tages. Dahero ob zwar Matth. 25. eigentlich der Text von denen redet / so vor den tausend Jahren sollen dargestellet werden / da die Heiligen mit Christo erst regieren / und das Reich ererben und einnehmen sollen / welches ihnen von Anbegin der Welt bereitet ist / und die zwölff Apostel des Lamms mit ihm auf zwölff Stühlen sitzen / und richten werden die zwölff Geschlechte Israel / Matth. XIX. 28. ja eben zu der Zeit die extrem-Gottlosen / die Böcke der Erden / die von der Hölle erwecket werden / Es. XIV. 9. vor seinem Stuhl erscheinen / und zur ewigen Schmach und Schande / als Glieder des Anti-Christi mit dem Thiere und falschen Propheten hinweg gehen müssen; So wird dennoch das Ende des grossen Gerichts-Tages nach den tausend Jahren nicht aus / sondern eingeschlossen. Das wird auch durch die Scheidung der Schäfse und der Böcke vorgestellet.

V. Judicet hinc quilibet , à studio partium liber , anno periodus mille annorum ita determinetur , ut post eorundem initium de fine dubitari amplius nequeat. Jam vero Textus noster loquitur de ἡμέρᾳ ἐκείνῃ , ἣ ὁ ἀργός καὶ ἡ μῆτρα παρελέυσονται , uti ex verbis vers. 31. positis constat , & ex collatione vers. 25. & 26. liquet (ubi πάτερ τοῦ νεοφύτου dicitur Filius hominis , cum stellæ cœli excident , & vires cœlorum commovebuntur) adeoque de tali die , quem Chiliaстæ vesperam magni sui , quem communiscuntur , diei appellant. Neque enim circa diluculum aut initium magni illius diei ὁ ἀργός καὶ ἡ μῆτρα παρελέυσονται , stellæ de cœlo cadent , aut vires cœlorum commovebuntur , nicht im Anfang / sondern am Ende der tausend Jahre / soll die Welt ihr Ende nehmen. Perstat igitur , quod dixi , & verissimum manet , hos ipsos Novatores (dum perinde , ac cum DEO deliberassent , sciunt initium , sciunt etiam finem sui millenarii determinare) etiam diem consummationis seculi scire velle ; id quod laudatæ Salvatoris sententiæ aperte contravenit.

VI. Notan-

VI. Notandum ulterius, Salvatorem dicere ἡμέρας ἔκεινης καὶ τῆς ὥρας; unde liquet, eum non de die aliquo improprie dicto, qui in annos, sed potius de die proprie dicto, qui in horas dividitur, loqui. Qvorsum facit, qvod eas temporum differentias, qvæ diei naturali competitunt (*μεσογύην*, *ἀλεκτοροφωνίαν*, *πέων*) designet, qvodq; eapſe die ſeſe vers. 36. affirmet ἐξαιρόντις *derepente venturum*: & Matth. XXIV, 42. ipsam horam adventus nominet. Nimirum hæc eſt non alia, quām illa ipſa ἡμέρα, ἐν ᾧ οἱ ἀρχαὶ ποιῶντες παρελέυσονται, τοιχεῖα δὲ καυστήματα λυθήσονται, καὶ γὰρ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα κατακαΐσονται, 2. Petr. III, 10. Athoc non circa initium, sed circa finem millenarii, quem ſomniant, fiet. Ecq; ergo dies ille Domini, de qvo Divus Apostolus tam ſerio loquitur, & cujus appropinquationem hominibus profanis tanto cum zelo opponit, *ceu fur in nocte venire potest, ceu idem ait vers. eodem? Ratiocinor:* *Quicunq; dies mille annos jamjam duravit, ille dies non veniet i&̄c̄ai φυν̄ς, nec inopinato, ſicut fur in nocte. A. dies ille naturalis conſummationis ſeculi, de quo Petrus in loco citato, qui nō ſtro panarmonicus eſt, loquitur & in quo contra Epicureos, appropinquantem Christi adventum negantes, graviter detonat (qvo nempe cœli cum fragore transibunt, elementa vero æſtuantia ſolventur, & terra, qvæq; in ea ſunt opera, comburentur) veniet inopinato, ſicut fur in nocte. E. Dies ille naturalis conſummationis ſeculi de quo Petrus loquitur, per 1000. annos non duravit. Id qvod infringit declarationem notati Autoris lib. cit. p. 126. daß der Apoſtel Petrus in ſeiner 2. Epiftel am 3. den ganzen taufenden jährigen Tag/ ſo wol daffen Anſang/ als Ende zusammen faffe/ weß wegen er auch anſühre/ daß 1000. Jahre für dem H̄Ern ein Tag ſeyn.*

VII. In ſtas, etiaminitium ſeu diluculum diei Chilasticī venire poſſe inopinato, ad instar furis in nocte; ſub cujus vefperam demum conſummatio ſeculi, cœliq; ac terræ

terræ παρέλευσις insecura sit. R. Atqui textus Petrinus τὸ ἀπεσδόκητον adventus non ad initium modo diei refert; sed & ipsam παρέλευσιν καὶ γενῶν transitionem cœlorum & consummationem seculi ἀπεσδόκητον sive inopinatam fore indicat: imo propter nullam aliam rationem, quam hanc eandem τὴν ἀπεσδόκητον seculi consummationem, id agit, ut diem ipsum extremum non certè per mille annos extensum, sed, prout intelleximus, τὸ περί, τὸ μεσοήκηπον, ac τὴν ἀλευροφωνίαν habentem, cum fure comparet. Arcte hic tendendum est (ni vim inferre textui malis) tertium comparisonis, quod ἀπεσδόκησια est. Quod si ergo sub initium diei totius Chiliastici jamjam innotesceret, quid circa vesperam ejusdem futurum esset; illud sane, quod circa vesperam foret, ἀπεσδόκητον vocari nequirit. Monet igitur vers. 12. Apostolus, pios in tempore πεσδοκῶν καὶ απεύθεν debere appropinquantem τὴν παρεστίαν τῆς τῆς Θεᾶς ἡμέρας, quippe quæ cum primis impiis & empæctis, qua initium, medium & finem ἀπεσδόκητος futura, & furis nocturni instar, inexspectatò adventura sit. Mora quippe & intervallum mille annorum tollit τὸ ἀπεσδόκητον rei, sub horum exitum futuræ; at morula & horula unius diei non tollit. Colligo terminos hoc pacto: *Quaecunq; dies ob inopinatam cœlit, elementorum ac terræ παρέλευσιν comparatur cum fure in nocte, illa ipsa dies non moda qua initium, verum etiam qua finem sui comparatur cum fure in nocte. Atqui dies adventus Domini.* E. Minor ex penetralibus textus, ritè inspectis, elucet. Major autem contra Chiliastas maximè stringit, utpote supponentes, quod finalis seculi consummatio non in initio regni millenarii, sed in fine demum ejusdem futura sit. Id quod non potest non intelligi ex verbis Archichiliastæ, in der Bekandtnuß Qu. 81. Werden sie in solchen tausend Jahren auf Erden Kinder zeugen? R. Ja. Sie sollen nicht ungezeitige Geburt gebähren; denn sie sind der Saame der gesegneten

ten des HErrn / und ihre Nachkommen mit ihnen / Es. LXV.
 20. 23. LXI, 9. Qu. 82. Werden denn ganz und gar keine Böse
 mehr auf Erden seyn? Et. Ja. Aber sie sind nur Eiche und Lachen/
 die gesalzen bleiben / und müssen dem Königreich Zion gehorchen/
 Ezech. XLVII, 11. Es. XXXIV, 12. LX, 12. 14. Zach.
 XIV, 16. 20. Hoc sane Ecclesiæ statu per mille annos duran-
 te, $\eta \alpha \omega \sigma \delta \sigma \kappa \eta \pi \nu$ extremi diei nimis laxe protenderetur,
 imo tandem expiraret.

VIII. Collustrat hæc , quæ disporto , oraculi nostri Classici , aliorumque locorum , de eadem materia substrata agentium , parallelia penitus adæquata. Quod si namq; in animo resederit dubium , nondum apparere , qui $\alpha \pi \sigma \delta \sigma \kappa \eta \pi \nu$ sit extiturus dies extremus , quem $\pi \sigma \delta \sigma \kappa \nu$ jubeantur pii ; hoc ipsum Dominus vigilare jubens , & in Textu nostro aliqua similitudine utens , dirimit. *Filius hominis* , inquit , ita est , ut quispiam , qui peregrè abiens reliqua domo sua dataq; servis suis potestate , ac suo cuiq; opere , janitorū mandavit , ut vigilaret. Nimirum expectari subinde potest Dominus absens ac peregre profectus ; nec idcirco tamen determinata est adventus Dominicī hora. Adeo $\pi \sigma \delta \sigma \kappa \nu$ generalis $\tau \alpha \omega \sigma \delta \sigma \kappa \eta \pi \nu$, qua momentum temporis tale , non excludit. Certus est redditus ipse Domini nostri J. C. isque maturior ; at dies redditus incertus , at hora redditus incerta , incognita , inopinata. Unus dies latet , ut observentur omnes.

IX. Si ergo nescimus , quando Dominus dominus veniet , prædicente ipso in Textu nostro , & tamen subito veniet ; seqq. fatis diuturnum istud ac mille annorum intervallum cum subitaneo hoc adventu componi non posse. A. E. B. Hutterus no-
 ster Qu. 4. Comp. Theol. cum aliis huc refert præsentiam Judicis fulguream , Matth. XXIV, 27. Unde negat , conflagrationem mundi passuram esse aliquam temporis moram. *Quicquid igitur antea nescitum fuit , & tamen subito ,*
inſtar

instar fulguris, ab oriente excurrentis, & usq; in occasum apparetis, est præsto; id ipsum qua certum, qua definitum, quaq; ipso tubicinii septimi limite (von der siebenden Posaunen Ansange / da die 1000. Jahr angehen und ausgeblasen werden / biß die ganze Posaune aus ist / lib.cit.pag.124) determinatum temporis momentum per interiectam mille annorum moram non potuit expectari. A. dies finalis seculi consummationis. E. Minorem ex allegato loco Hutterus dedit probatam.

X. Tò οὐνέχον autem majoris hoc corroboratur modo, si intueamur denuo in Textum nostrum ab initio allatum, si que luctremus ejusdem circumstantias, una cum locis parallelis. Anne non ergo spatium resipiscendi impiis post tempus gratiæ præclusum daretur, si dies Domini jamjam advenisset, & deinceps tamen, post ejus initium usq; ad finem ejusdem, tantum restaret interstitium? Sed enim istud vigilandi aut pœnitentiam postliminio agendi spatium, posteaquam adventus suus jam aut in fieri aut in facto esse constituitur, disertè excludit Salvator ultimis Textus nostri verbis: Ne, cum ἔξαιφνε repente venerit, inveniat vos dormientes. Unde novus pullulat Syllogismus: Si nimium sero vigilant servi, quos Dominus inopinato redux invenit dormientes; siq; nimium sero tum clauditur & custoditur domus, cum ἡμερόκοτος inopinato veniens eandem diffregerit, & abstulerit thesaurum; seqq. post adventum Domini, cum apparuerit dies illius magna, tempus gratiæ ac pœnitentia præclusum esse, ac nihil, nisi tempus vindictæ, justitiae gloriaq; (simodo tempus nominandum est, ac non potius æternitas) restare; atq; ita interstitium Chilasticum, quod inter adventum isthunc & finem mundi intercessurum esse creditur, merum ens rationis vocari debere. A. E.

XI. Pertinent huc omnino virgines fatuæ, quibus post adventum Sponsi præcluditur janua. Imo si Marcum cum Luca potissimum componimus, & in timore Domini pensitamus, quonam uterque contextu verba

Dicti nostri Classici consignaverit; illustris similitudo LÄ-QVEI rem totam mirificè comprobat Luc. XXI, 35. Quam inopinato hic aves, futuri securas, irretit, intricat, captat; tam inopinato veniet dies extremus SUPER OMNES IN TERRA HABITANTES; dies nempe non aliis, quam ille, quo cælum & terra transibunt. Id quod immediata connexio vers. 31. & 32. apud Marcum edocet, qui propterea τὴν ἡμέραν ἐκείνην emphaticè nominat. Effluit hinc illatio: *Quaecunq; dies ad instar laquei veniet super omnes in terra habitantes, illa dies non potest per integrum annorum millenarium ulli in terra habitantium fuisse nota.* A. *Dies παρελεύσεως cæli ac terra instar laquei veniet super omnes in terra habitantes.* Ergo illa dies non potest per integrum annorum millenarium ulli in terra habitantium fuisse nota.

XII. Subjicit Salvator apud Lucam huic similitudini, quam de laqueo attulerat, sequentem parænesin versu immediatè sequente 36: *Vigilate itaq; OMNI TEMPORE.* Unde nobis ejusmodi consurgit ratiocinium: *Quicunq; vigilare jubentur omni tempore, illi nullo sanè tempore, & ita nec intra mille annorum seriem, aut ante eorundem vel exordium vel exodium de die interitus cælorum ac terra possunt esse certi.* Atqui omnes Christiani vigilare jubentur omni tempore. Ergo. Sequela Majoris firma est; quandoquidem is, qui tempus omne dicit, nullum ejus articulum excipit. Minor verò est Christi, qui verbis Textus nostri eam voluit esse contiguam Marc. XIII, 37. *Quod vobis dico, id omnibus dico: Vigilate!* Nascitur hinc induxiso nexu (quandoquidem cum universalitate temporis, quo vigilandum est, universalitatem subjectorum, quæ vigilare debent, jungit Salvator) subsequens collectio: *Si omnes Christiani vigilare debent, seqq. quod nulli (ne quidem maxime pii & electi) in antecessum noverint diem παρελεύσεως cæli ac terra, ne dum eundem ab initio millenarii computare aut definire possint.*

A. ve-

A. verum primum (οὐκ ὄδατ, πότε ὁ καρπός ἐστι; Quodcumque autem πάτερ jam inde usq; à mille annis haud fuerat ne- scitum; de eo non poterat dici οὐκ ὄδατε) E. & posterius. Et ita ignoratio finis seculi manet confutatio Chiliasmi. Id quod oportuit demonstratum.

Memoriale

II.

ANALOGI-
STICUM.

ENS RATIONIS CHILIETERISTICVM TANTO
CONSTANTIVS A NOBIS EXPLODETVR;
QVANTO ATTENTIVS SECUNDVM INDVBI-
TATAM TEXTVS NOSTRI, QVAM CVM ALIIS
SCRIPTVRÆ LOCIS OBTINET, ANALOGIAM
CONSIDERABIMVS TVM INOPINATI EJVS-
DEMQUE VLTIMI ADVENTVS CHRISTI AD
DIEM ILLVM VLTIMVM, QVO MVNDVS IN-
TERIBIT, DETERMINATIONEM, TVM VTRI-
VSQUE NOVISSIMORVM, RESVRRECTIONIS
MORTVORVM JUDICIIQUE EXTREMI UNI-
TATEM, UNIVERSALITATEM, INDIVULSAM-
QVE CVM DIE OMNIVM EXTREMO CVMQVE
MVNDI CONSVMMATIONE συνακελεύθια SIVE
CONTIGUITATEM.

§. I.

Commentitiam annorum, inter adventum Christi ad judicium & finem mundi interiacentium, chiliada Dicti nostri cæterorumq; super eadem materia agentium parallelismus omnium solidissime prosternit. Expendatur, amabo, in timore Domini ante omnia INOPINATI EJVSDEMQUE VLTIMI AD-
VENTVS CHRISTI AD DIEM ILLVM VLTIMVM,
QVO MVNDVS INTERIBIT, DETERMINATIO.
Geminum in Textu nostro extat πάτε &c. nimicum vers. 33.
Οὐκ ὄδατε, πότε ὁ καρπός ἐστι, & vers. 35. Οὐκ ὄδατε, πότε ἡ Κύριος
τῆς ὥμινας ἔρχεται. Illi gemino πάτε, quod de adventu Chri-

sti usurpatur , respondet in Textu Lucæ parallelo emphaticum , demonstrativum & significantissimum τόν , cap. XXI. vers. 27 : Et τόν TVNC videbunt Filium hominis venientem . Quale , inquis , τόν ? Regerit versus immediate antec. 26^{us}. tale , quo *vires cælorum commovebuntur* . Ast hoc non est aliud τότε , quam ή ἡμέρα ἐκείνη , qua cœlum & terra transibunt ; neque aliud , quām inopinata & furis instar veniens ή ἡμέρα Κυρής , qua οἱ ὄργανοι πολὺδὲν παρελέυσονται , cæli cum stridore transibunt , 2. Petr. III, 1c. h. e. dies illa omnium novissima , quā mundus interibit .

II. *Quæ itaq; DEVS revelans conjunxit , homo ne separet . Sed diem subitaneum inopinatumq; , imo diem unicum unicū adventus CHRISTI secundi & diem consummationis mundi DEVS conjunxit . E.* Dico notanter : *Adventus Christi secundi .* Veluti enim unicus tantummodo dies est adventus ejusdem primi : Ita & unicus tantummodo est , quo ex deuīps conspicietur , Hebr. IX , 28. isq; dies συντελείας τῆς αἰώνος seu finis seculi . De hac ipsa συντελείᾳ , non secus , ac de excidio templi deq; signo παρόσιας Christi (id quod eruditi interpretes ex iterato articulo τῆς observant) quæstionem discipuli proposuerant in Textu parallelo apud Matthæum c. XXIV , 3. Conveniunt itaq; interrogativum & redditivum . Salvator vers. 36 : Περὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας ὧδεὶς οἶδε , de die illa & illapse hora (nimirum τῆς συντελείας τῆς αἰώνος , h. e. consummationis mundi finalis ac ultimatæ , de qua interrogasti) nemo scit . Neq; alia , quam hac die vers. antec. 30. prænunciat futurum , ut videant Filium hominis venientem in nubibus cæli cum potentia & gloria multa .

III. *'Oυχ οἴδαμεν , πότε ὁ κύριος εἰρχεται , ingemina-*mus cum nostro Textu . Cæterum adventus ac præsen-tia τῆς τῆς θεῶς ἡμέρας dæsselben Tages Gottes / erit talis , δι ήν , propter quam & per quam cæli conflagrantes solventur , & ele-menta astuanta liquefiant , 2. Petr. III. 12. Si itaq; per illam diem

diem DEL, quando illucescet, & per adventum seu præsentiam ejus cæli conflagrantes solventur, & elementa æstuantia liquefiant, seqq. intra hujus diei intervallum aliquod (quod juxta textum nostrum est hora aliqua, seu serò, seu circa medium noctem, seu circa gallicinum, seu mane affutura) venturum esse Christum, & intra ejusdem diei intervallum cum Ipsius adventu mundi conflagrationem conjunctum iri. A. E. Stabilit ulterius firmitudinem hujus argumentationis $\pi\alpha\gamma\eta\omega\sigma\alpha$, $\pi\alpha\alpha\kappa\rho\varphi\alpha$
 $\chi\pi\tau\alpha\omega\sigma\delta\omega\kappa\eta\pi\alpha$ adventus, quod antea operose evicimus. Nunc inculcamus denuò, id, quod inde usque ab auspicio mille annorum toti mundo cognitum fuit, inexpectato advenire, tempusve resipiscientiæ præcludere securis hominibus non posse; id autem posse, quod uno eodemque die accidit; cujusmodi esse narratur Sponsi adventus ad nuptias, Matth. XXV. 13.

IV. Ο κύριος ἐρχεται, ait in dicto nostrati ipse Judex. Ἡξεδην μερι, dixit Petrus I. c. Η ωρα ἐρχεται, idem ait Judex, Joh. V, 28. Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem ejus, & prodibunt qui bona fecerunt, in resurrectionem vitae; qui vero mala fecerunt, in resurrectionem condemnationis. Et rursus cap. VI. 39. 40. 44. Hæc est voluntas ejus, qui misit me, Patris, ne quid perdam ex omnibus, quæ dedit mihi, sed resuscitem illa in εἰρήνῃ ημέρᾳ. Hæc est voluntas ejus, qui misit me, ut omnis, qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam eternam: & ego suscitabo eum in εἰρήνῃ ημέρᾳ. Perspicua certe hæc testimonia, &, modo ne mens læva aut præjudiciis occupata fuerit, Chilietitas maxime stringentia, combinare fas duxi. Patet inde resurrectionis mortuorum unitas, universalitas, & ejusdem ad diem omnium extremum restrictio; quæ quidem tria apologeticum mille annorum esse αὐτοῦντα, res ipsa loquitur.

V. Resurrectionis unitas inde liquet, quod Redemptor dicat in singulari: Venit hora, in qua. Effluit hinc argumentum

mentum: Quoc. resurrectio intra horam tñs ιχάτης ἡμέρας peragetur, illa non poterit esse gemina, neq; ita duplicari, ut prima sub initium Chiliados, altera sub finem ejusdem immineat. A. resurrectio mortuorum. E. Ad hanc unitatem attendentes, in Symbolo Apost. nos credere confitemur αὐτήν resurrectionem (in singulari, non αὐτέis, aut resurrectiones in plurali) mortuorum. Et in Nicæno quilibet Orthodoxorum hanc dicit sententiam: Πρόδονώ αὐτήν νεκρῶν. Expedio resurrectionem, non resurrectiones mortuorum. Repeto, quæ dixi: Cum hac unitate resurrectionis non sunt conciliabilia hodiernorum Milleniariorum dogmata. Duplicatenim, imo planè triplicat Antesignanus resurrectionem futuram, propriè dictam (nam de extraordinaria quidem & impropriè dicta jam parum controvertitur) Wahrheit des herrl. Reichs part. I. p. 99. Durch die Todten / welche vor den tausend Jahren gerichtet werden / sind nicht diejenige zu verstehen / die nach den tausend Jahren vor Gott erscheinen müssen; sondern es werden solche Todten verstanden / die an Bosheit alle andere übertrifffen / und über welche der andere Todt völlige Macht hat. Dann gleichwie eine Auferstehung der Gerechten ist / die vom Johanne αὐτής η περί, die Auferstehung / die da die erste ist / genannt wird / da alle Glaubigen / in welchen Christus gelebet / und die durch den Todt ins Leben hindurch gedrungen seyn / und die Heiligung vollendet haben in der Furcht Gottes / tausend Jahr eher / als die andern Todten / zum Leben auftreten / und von dem andern Todt schlechter Dings frey gesprochen sind: Also ist auch eine vorhergehende Auferstehung (die man doch nicht mit der H. Redens Art der ersten Auferstehung/ die allein den Glaubigen zukommt / benennen soll) da die extrem-Unglaubige und gottlose verbosse Mord-Geister / die das Maß der Bosheit vor andern erfülltet haben / zur Verdammnis erwachsen/ und dem andern Todte/ das ist/ dem seurigen Pfuhl schlechter Dings übergeben werden. Statuit proinde pag. 112. eine particulier-Auferstehung. Idem Bekanntnuß Qv. 88. Bleiben dann annoch

anno^{ch} einige Menschen auf der Welt s. Nein; sondern es kommt darauff die allgemeine und allerleßte Auferstehung aller übrigen Todten / welche so lang in dem ersten Todte gelegen / biß die tausend Jahr vollendet worden / davon Johannes also saget: Und ich sahe die Todten beyde klein und groß stehen vor Gott / Apoc. XX, 12. Hæc ille.

VI. Sed enim, uti distractam resurrectionis unitatem, ita nihilominus ejusdem universalitatem asserit Salvator, qvando ait: *Venit hora, in qua martyres oī ēt tōis μυημέiois audient vocem ejus, & prodibunt.* Concludo sic: *Si simul & una eademq; hora omnes, qui in monumentis sunt (nempe secundum verba seqventia, & qvi bona fecerunt, & qvi mala; & fideles, & infideles & pii & impii, & justi & injusti. Vide sis eandem subdistinctionem Dan. XII, vers. 2. Joh. III, 18.) prodibunt ē monumentis; seqq. resurrectionem mortuorum nihiloseius universalem, quam simultaneam fore.* A. E. Neu qvis argutetur, resurrectionem aliquam certorum piorum & fidelium hic excludi, ruminatur notanter signum omnis cap. VI, 40. *Omnis, qui uidet Filium & credit in eum, habet vitam aeternam, & ego suscitabo eum τῇ ἐχάτῃ ημέρᾳ.* Hunc resurrectionis catholicissimum Athanasianum qvoq; Symbolum magno consensu profitetur, δ τῇ παρεστίᾳ, inquietis, martyris oī αὐθωπις αναστοση μὲ τῶν σωμάτων αὐτῶν. Et Aug. Conf. art. 17. diserte affirmat, *Christum MORTVOS OMNES resuscitaturum esse.*

VII. Indivulsam porrò resurrectionis ad diem omnium extremum restrictionem comprobat Salvator: *Suscitabo eum IN NOVISSIMO DIE.* Confer Joh. XI, 24. 25. Pari sensu de Daniele memoratur, qvod sit status in sorte sua γρָל חִימֵס in fine dierum, c. XII, 13. i. e. qvando finientur dierum, mensium, annorum, omniumq; temporum dimensiones: seu mavis (ut locus capiti Danielitico parallelus Apoc. X, vers. 5. 6. reddidit) qvando Χρόνος τὸν ἔτους τοῦ.

C

Inde

Inde sic inferimus: Si resurrectio Danielis omniumq; fidelium fiet τῇ ἐχάτῃ ημέρᾳ die novissimo, i. e. ejusmodi die, qui sit finis diem, & post quem tempus non sit amplius; sequitur, resurrectionem istam ad determinatum illum finem à DEO esse restrictam, & consequenter nec retrotrahi posse, nec Danielem ullumve fidelium eandem per integrum Chilieteridem anteversurum esse.

VIII. Dicitis nunc addi & junctim opponi Chiliaстis debet JUDICII QVOQVE EXTREMI UNITAS, UNIVERSALITAS ET INDIVULSA CVM RESVRRECTIONE MORTVORVM SECVLIQVE CONSVMMATIONE συναντολή dia sive CONTIGVITAS, omnino ita fese habens, ut juxta collationem locorum Biblicalorum huc pertinentium dies judicii, dies resurrectionis, & dies consummationis seculi sit una eademq; dies. Intueamur, amabo, denuò in nostrum Textum, ubi de inopinatâ adventus Christi ultimi die agi, extra omnem dubitationis aleam ponimus. Qualis autem ή ημέραι εκάνη αὐθίδιος, ή οἱ μάς επισαρθρουμένη, veluti quidem Lucæ parallelographia tanti momenti rem exprimit cap. XXI, 34: Qualis, inquam, illa? Respondet versus 36^{us}. non aliam, quam hanc esse, quā consistemus coram Filio hominis. Patet igitur ex hac eapſe nostri textus inspectione & consideratione ταῦτα seu identitas illius diei, quo cœli transibunt, ac illius diei, quo stabimus coram Filio hominis. Unum est hoc judicium, non geminum, non aliud in initio, & aliud in termino seu fine millenarii habendum; sed illud ipsum, quo J. C. judicabit vivos & mortuos κατ' ἵμφατα suam & regnum suum, 2. Tim. IV. 1. quandoqvidem una insuper est DIES (non una plures) quam statuit DEVS, qua judicaturus est omnem terrarum in justitia per virum, quem definiit, Actor. XVII, 31. IN ILLA DIE reddet justus Judge repositam justitiae coronam Paulo & omnibus, qui diligunt illustrem apparitionem ejus, 2. Tim. IV, 8. & εὐ τῇ ἐχάτῃ ημέρᾳ sermo Christi damnabit incredulos,

credulos, Joh. XII, 48. Hæc est ἡμέρα κρίσεως, Matth. XI, 22. 24. & passim appellata; Hæc ἡμέρα οργῆς Rom. II, 5. Hæc illa DIES, qvando judicabit DEVS occulta hominum, juxta Evangelium Pauli per JESVM CHRISTVM, v. 16.

IX. Eadem judicii extremi unitas magis evidens nobis evadet, si cum ea conferatur & solidè pensetur ejusdem universalitas. Uti enim judicaturus est DEUS ORBEM TERRARVM uno die, quem statuit, prout audivimus: Ita ille dies, qui veniet tanquam laqueus super OMNES in terra habitantes, non aliis est, quam ille, quo stabimus coram Filio hominis. Exin seqvitur omnino, unum tantum, idque Catholicum, esse judicium, non duplex (quo alii circa mille annorum auspicia, alii verò circa terminalia judicentur) Comparebimus OMNES coram tribunalē Christi, ut reportet unusquisq., quod egit per corpus, sive bonum, sive malum, 2. Cor. V, 10. Proinde hic omnes simul concludemur, nemine, ne Paulo quidem, hinc excipiendo. OMNES GENTES congregabuntur coram Judice, separaturo oves ab hœdis, fideles ab infidelibus, pios atq; electos ab impiis, Matth. XXV, 32. Hoc unicum judicium, in pantocritico die peragendum, in duplex divellunt, utpote partim in initio, partim in fine millennii futurum, adeoque universalitatem ejusdem infringunt vanitatum istarum defensores. Warh. des R. p. 88: Das Gericht/ zu welchem die Beruffene Außerwehlte und Glaubige mit Christo zur Zeit der tausend Jahre kommen sollen/ ist von dem Gericht / so nach den tausend Jahren des Reichs Christi wird gehalten werden / unterschieden.

X. Cæterum Messem esse συντέλειαν τῆς αἰώνος, qua nempe triticum in horreum Christi colligetur, zizania verò in camnum ignis conjicientur, Matth. XIII, 30. 33. 40. Salvatoris ipsissimi effato edocemur. Apparet hinc, judicium extremum, quo nempe tam triticum in horreum colligetur, quam zizania in ignem æternum conjicientur, cum resurrectione

mortuorum (qvæ idcirco audit ἀνασκόπεια κρίσεως, quantumvis ex parte condemnandorum duntaxat ita dicta, Joh. V, 29.) atq; adeò cum ipsa mundi συντελεία inseparabiliter conexum iri. *Quodcumq; igitur judicium in ipsa mundi συντελείᾳ fiet, & cuius latam sententiam ipsa statim executio tum sequetur, cum iudicati aut in aeterna gaudia, aut in aeterna supplicia abibunt; quodq; adeo Filius hominis en adventu suo ultimo gloriose habebit; id ipsum judicium non potest salva verbī divini veritate dirimi a mundi συντελείᾳ, neq; mille annis hanc antecedere. At qui judicium πάντων τῶν θυῶν, οὐδιών α&que, ac hædorum, piorum α&que, ac impiorum, est tale; id qvod mirè dilucidat, præter alia argumen- ta hermenevtica, collatio particulæ τότε, vers. 34. 37. 41. 44. 45.* Tunc dicet Rex &c. Tunc respondebit &c. & particulæ καὶ, ν. 46. ET abibunt, hi in supplicium, justi v. in vitam æternam. Ergo.

XI. Accedit clara admodum Salvatoris sententia, qvod triticum & zizania VSQVE AD TEMPVS MESSIS mansura sint. Jam vero ex verbo ipsius proprio MESSIS EST CONSUMMATIO MVNDI. Igitur ante hanc non potest judicium esse factum. Post judicium nempe mixtura talis bonorum & malorum non amplius obtinebit. In judicio qvippe justitia divina id exequetur, qvod Paulus prædicit 2. Theff. I. 6. 10. His zizaniis, in messe demum comburendis, accensendus necessario est Anti-Chri- stus, quem Dominus abolebit τῇ ἐπφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτῷ, claritate adventus sui, 2. Theff. II, 8. Inde novum in formam redigimus Syllogismum: *Si zizania ipseq; Anti-Christus in ea demum mundi συντελείᾳ, quam combustio in camino ἡ κόλαπς αἰώνος immediatè sequitur iudicabuntur; seqq. qvod judicium zizaniorum & Anti-Christi non mille annis hanc συντέλειαν antecessurum, sed huic individuali nexo conjungendum sit. Atqui verum est antecedens. Conf. Matth. XIII. 40. 41. 42. ubi verba reperiuntur extantissima: Sicut colliguntur zizania, & igne combu- runtur:*

runtur: Ita fiet in consummatione seculi hujus. Emittet Filius hominis Angelos suos, qui colligent e regno ipsius omnia scandala, eos, qui operantur iniquitatem, et projicient eos in caminum ignis. Illic erit ploratus et stridor dentium. Adde Matth. XXV, 46. Et abibunt hi in supplicium aeternum. De Anti-Christo autem recole id, qvod jamjam astruximus ex 2. Thess. II, 8. Ergo et consequens.

XII. Excipis, Chiliaetas mixturam bonorum & malorum, usqve ad finem mundi mansuram, non negare. Warh. der herrl. R. p. 116: In dem Anfang des grossen tausendjährigen Gerichts-Tages bleiben noch gute und böse auf der Welt; am Ende aber desselbigen Tages bleiben keine übrig. Qvod una manu datur, id altera tollitur. Statuunt enim, potiora zizania seu homines extreme impios resuscitatos illico sub initium Chiliados tolli; die Teiche und Lachen aber/ die gesalzenen bleiben / müssen dem Königreich Zion gehorchen. Bef. Qv. 82. und sind in den 4. Derfern der Erden / Qv. 84. Qualis ergo haec mixtura? Praeterea de Anti-Christo verba sic habent: Warh. p. 116: Im Anfange des grossen Gerichts-Tages Christi werden die Kinder der ersten Auferstehung / die kurz vorher auferstanden / ihren endlichen Gnaden-Lohn und prærogativ zum Reich empfangen ; die extreme Gottlosen aber / als das Thier und der falsche Prophet mit ihren verfluchten Gliedern den endlichen Zorn-Lohn zum feurigen Pfuhl. Enimvero si ante messem & finem mundi non extirpabuntur zizania, siqve non abolebitur Pseudopropheta seu Anti-Christus ante ēπαύριον τῆς μερχτίας Christi in eapſe messe & fine futuram; ecce! in auras abeunt haec dogmata, analogiae Scripturæ penitus adversantia. Qvorsum haec? Ut pateat invicta veritas discursus hujus: Quæc. novissima indissolubili nexo conjunctum iri Scriptura dicit, ea separare nos non decet. Atqui hac novissima, resurrectionem, judicium, finem mundi, item judicium, damnationem aeternam et vitam aeternam, Scri-

ptura indissolubili nexu conjungit. E. Confer de his Dn. D. NEVMANNI *Dissert. de Chiliasmō subtilissimo* §. 19. & seqq. nec non Dn. D. WEISSII *Disp. de Chiliasmō subtili* §. 16. & seqq.

XIII. Certe Augustana nostra Confessio articulo jam-dum laudato XVII. tria isthæc ~~in~~ ^{etiam}, consummationem mundi, resurrectionem mortuorum & judicium extremum itidem conjungit, non secus, ac Symbolum Athanasianum, in quo hæc leguntur verba: *Inde venturus est judicare vivos & mortuos. Ad cuius adventum omnes homines resurgent cum corporibus suis, & reddent de factis propriis rationem. Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam; quia vero mala, in ignem aeternum.* Sed enim Confessionis vere augustæ apertissima sunt verba: **QVOD CHRISTVS APPAREBIT IN CONSVM MATIONE MVNDI AD IVDICANDVM, ET MORTVOS OMNES RESVSCITABIT; PIIS ET ELECTIS DABIT VITAM ÆTERNAM; IMPIOS AVTEM HOMINES AC DIABOLOS CONDEMNABIT, UT SINE FINE CRVCIENTVR.** Viderint nunc assertores Chiliados, qui concilient hæc: *a) Christus apparebit in consummatione mundi; & Christus apparebit mille annis ante consummationem mundi.* Contradictio in aprico est: quandoquidem Confessores gloriosissimi per consummationem mundi nihil aliud intelligunt, quam illum ipsum mundi finem, cum quo connectitur tum piorum vita æterna, tum impiorum ac Diabolorum infinitus cruciatus, ceu verba sequentia perspicuè docent. Ast apparere in hoc ita designato fine mundi, & apparere mille annis ante hunc ita designatum finem mundi, sunt manifeste opposita. *B) Christus apparebit ad judicandum ita, ut piis & electis det vitam aeternam; & Christus apparebit ad judicandum ita, ut regnum in terris gloriosum erigat. y) Christus apparebit ad judicandum ita, ut impios homines ac Diabulos condemnet, ut sine fine crucientur; & Christus apparebit ad judicandum ita, ut liget & in abyssum*

abyssum projiciat Satanam inde solubilem. Adeoq; apparitio Christi secundum A. C. cruciatus Satanæ non nisi infinitos & æternos, qvibus nempe vita æterna ab augustis Confessoribus opponitur; secundum Chiliaстas vero insuper ligationem *τὴν καὶ τὴν* seu temporariam & projectionem in abyssum secum affert. d.) *Christus in consummatione mundi ad judicandum apparet mortuos omnes resuscitabit;* &, *Christus in consummatione mundi ad judicandum apparet mortuos omnes non resuscitabit;* sed eos tantum, qvos sub initium millennii nondum resuscitaverat. Bef. Qv. 88. Alle übris ge Todter / welche so lang in dem ersten Lode gelegen / biß die tausend Jahr vollendet worden.

XIV. Viderint porrò, qvi componant sua dogmata cum verbis articuli citati ultimis, de qvibus hactenus, cùm in se perspicua sint, damnosa lis fuit mota: *Dannant & alios, qvi nunc spargunt Judaicas opiniones, quod ante resurrectionem mortuorum pī regnum mundi occupaturi sint, ubiq; oppressis impiis.* Chiliasmum crassum hic damnari, tum hodierni Chiliaстæ, qvos subtilissimos vocitant, tum eorumdem Hyperaspistæ concedunt. Sed & mille annos ibidem potius *κατὰ πεῖραμα, qvām κατὰ τὸ ὄνομα taxari,* supponimus. Nam id qvidem certe sufficit, si error aliquis *κατὰ πεῖραμα* alicubi refellatur. Præterea non crassos tantum, verum etiam subtile errores a Majoribus nostris beatissimis in A. C. fuisse repudiatos, apprime constat; imo nec eos tantum, qvi explicitè ibi nominantur, sed & homogeneos, aut eos, qvi per regulas bonæ consequentiæ ex illis, qvi rejiciuntur, emanant. V. g. dum art. XII. reprobatur explicite in Anabaptistis dogma de inamissibilitate Spiritus S. reprobatur idem in Calvinianis: dum refelluntur nominatim art. I. Antitrinitarii vetustiores; refelluntur etiam recentiores v. g. Sociniani, qvantumvis hi Confessionis exhibitæ tempore nondum extiterint. Nec enim damna-toria

toria hæc sententia tam propter personas dogmata, qvam propter dogmata personas ferit.

XV. Num igitur hodierni Chiliaſtæ spargant Judaicas opiniones, in eo positas, quod ante resurrectionem mortuorum pī regnum mundi occupaturi sint, ubiq; oppressis impiis, vexata hodie qvæſtio est. Affirmative ad eam non respondere eqvidem, salvis aliorum judiciis, ab omni partium studio alienus, & vi veritatis coactus, non possum. Objicis: At Recentiores sanctum potius, qvam Judaicum, nobis describunt Chiliaſmum. R. Primicerius eorum part. 2. der Warheit des herzl. R. pag. 120. manifestè & coram oculis mundi confitetur, opinionem suam de regno millenario esse Judaicam, id assertivè pronuncians, daß die Juden vollkommenlich in ihrem Geiste überzeuget seyn / daß solche Dinge (vom herzl. Reiche) noch nicht erfüllet sind / und Kraft der in H. Schrifft ewig-zeugenden Warheit noch müssen erfüllet werden. Urget qvippe, Judæos summopere scandalizari in Christianis eo, qvod hi diese Verheißungen von dem herzl. Reiche des heiligen Messiæ unrecht / und gegen den Sinn des H. Geistes erkläreret. Et non multo ante pag. 119. suspirat: Ach! Kenneten die Jüden IEsum Christum in dem Stande seiner Erniedrigung / als sie ihn kennen in dem Reiche / in welchem Er noch seine Herrlichkeit zeigen soll vor aller Welt / sc. so wäre es eine kostliche Sache sc.

XVI. Judicet nunc, qvi volet, an hoc non sit ἰδαιζειν; seu mavis, doctrinam spargere Judaicis opinionibus (nam Aug. Confessio in plurali loquitur) annumerandam. Cæterum qvod Judæi Chiliaſticas opiniones dudum foverint, & regnum Messiæ sui expectati mille annorum circuitu descripferint, instar omnium evidenter docet LIGHTFOOT. Hor. Hebr. in Matth. p. 225. ubi tradit, receptum penes illos esse dogma עתיד הקב"ה לחדש עולם אלמו מושנין renovaturum tunc temporis DEVM mundum per mille annos.

nos. Confer ea, qvæ tradiderunt Viri in hoc literaturæ genere versatissimi Dn. D. CARPOVIVS in Progr. Paschali, vel ab Autore der Warh. part. 2. p. 117. & seqq. allegato, & Dn. D. PFEIFFERVS Gerechten Sache pag. 203. & seqq. ubi uterque annotat, Judaicas opiniones non solum de Chiliasmo crasso, in delitiis carnalibus positō, verum etiam de subtili interpretandas esse, nedum hunc penitus excludere, qvandoqvidem Judæi cordatiōres hunc illi præferant. Non desiderant (ait Maimonides) Sapientes & Prophetæ dies Messia, ut mundo universo dominantur, neq; ut imperent Christianis, neq; ut à gentilibus extollantur, neq; ideo, ut edant & bibant, & carnaliter gaudeant; sed ut legi ejusq; studio unice vacare possint, & quod tum futurum non sit, qui eos vexet, & impedit, quo minus se digne præparent ad consequendam vitam aeternam. Et p. p. Illo igitur tempore non erit fames, nec bellum, nec invidia aut contentio, siquidem bonitas copiosissime effundetur, & omnis generis delitiae instar pulveris aderunt, nec quisquam in re alia, quam in cognitione DEI oecupabitur. Et propterea omnium erunt sapientissimi, & cognoscent res absconditas, ipsamq; adeo Creatoris scientiam attingent, quantum quidem humanae vires patiuntur, quia dictum est: Repleta est terra scientiâ Domini, sicut aquæ mare operientes.

XVII. Si igitur Judaicæ sunt opiniones (uti sunt) quod ante resurrectionem mortuorum pii regnum mundi occupaturi sint, ubi oppressis impiis; eqvidem constanter affirmo, Milleniorum hodiernorum opiniones esse itidem tales. Nec falsum loquitur testimonium, qui hoc dicit. Hæc nimirum ipsissima est sententia notati Primipili, quod pii ante resurrectionem mortuorum, nempe ultimam & cum fine mundi conjunctam (de hac enim sola locuti erant in thesi Confessores; igitur nunc etiam in antithesi hæc ipsa venit intelligenda) sollen tausend Jahr auf Erden und über die Erden regieren / Warh. part. I. pag. 45. Eo

D

tendunt

tendunt verba der Bekanntheit Qv. 82. Werden denn (in solchen tausend Jahren) ganz und gar keine Böse mehr auf Erden seyn? Rz. Ja. Aber sie sind nur Eiche und Lachern / die gesalzen bleiben / und müssen dem Königreich Zion gehorchen. Ezech. XLVII, 11. Es. XXXIV, 12. LX, 12. 14. Zach. XIV, 16. 20. Conf. Warh. part. I. p. 78. ubi huc applicat istud Matth. V, 5. Seelig sind die Sanftmütigen / dann sie sollen das Erdreich besitzen : nec non istud : Seine gesegnete Erben das Land / Ps. XXXVII, 22. imo & istud Dan. VII, 11. 12. 27. Wann es mit den Thier-Reichen aus ist / so muß doch Macht und Gewalt unter unter dem ganzen Himmel den Heiligen des Höchsten gegeben werden / und alle Gewalt wird ihnen dienen und gehorchen sc. Warh. part. I. pag. 80. Neque aliud sibi volunt, qvæ seqvuntur pag. 136. So hat das untere Jerusalem doch wieder eine Herrschaft über andere auff Erden / indem die ganze Welt dem Königreich Israel unterworfen ist / und alle Gewalt und Macht unter dem ganzen Himmel dem heiligen Volke des Höchsten dienen und gehorchen muß.

XVIII. Ex his & aliis multo pluribus judicet qvilibet, an non millennii sectatores hodienum doceant, pios ante resurrectionem regnum mundi occupatos esse. Occurris autem, vernaculum exemplar, idqve a D. Christiano Pontano in Comitiis prælectum , adhibere hanc phrasin ein weltlich Reich / non , ein Reich der Welt / oder auf der Welt sc. atq; adeo intelligi à Confessoribus non modo regnum mundi, sed & mundanum, mundano more vid. per arma perqve seditionem acqvirendum, & mundano more administrandum, perinde, ac truces Anabaptistæ, contra qvos hæc antithesis damnatoria maxime directa sit, eo tempore armatâ manu impios opprimere studuerint ; at enimvero nihil minus, qvam tale, sperare Chilietas. Belant. Qv. 5. Ist solches Reich ein fleischliches irrdisches Reich ? Rz. Nein ; denn also spricht Christus: Mein Reich ist nicht von dieser Welt / Joh. XVIII. 36. Rz. a) Latinum exemplar, qvod nihilo secius, ac Germanicum,

Cæsari

Cæsari à D. Pontano, lectione peracta, exhibitum & in manus traditum fuit (Vid. Saub. mirac. A. C. p. 191.) constanter legit REGNUM MUNDI; qvi qvidem terminus non mundanum modo, sed & spiritualem, qvi prætenditur, administrandi modum in regno mundi supponere potest. Hunc autem Chiliaetas nostros arrogare Sanctis millenarii sui Alumnis, §. antec. patuit. Proinde, cum vernacula phrasis ein weltlich Reich per Latinum exemplar satis explicetur, eqvidem non video, qvonaam interpretandi jure eadem ad mundanum, imo bellicum & cruentum hujus regni administrandi modum unice debeat restringi. 3) Fac, jure exceptionem hanc niti historia Anabaptistarum, qvi id temporis regnum mundi mundano more & per arma qvæsierint, qviqve Confessoribus Beatis ansam hujus antitheseos scribendæ suppeditarint: Enimvero ne sic qvidem generale vocabulum exemplaris Latini a possessione generalis & indefinitæ significationis suæ de turbabitur. Fac, amabo, prætextum isthunc Chilasticum rusticos atq; Anabaptistas juuisse in ciendis adversus Magistratum seditionibus; inde tamen nondum plene seqvitur id, qvod tam certo tamq; indubitato a secus sentientibus supponitur, hanc nempe fuisse Anabaptistarum opinionem, qvod regnum mundi non nisi mundano, bellico & cruento more sit occupandum. Contrarium sane ex antecedente articulo XVI. patescit, ubi damnantur iidem Anabaptistæ eo, qvod interdicant civilia officia (qvæ inter etiam *bella-re, militare διαπονδην* ponitur) Christianis. Hoc volo dicere, eos, qvi damnantur à Confessoribus ob opinionem, qvod bella Christianis plane interdicta sint, non potuisse ab iisdem damnari ob opinionem, qvod regnum mundi per bella veniat occupandum.

XIX. γ) Esto tandem, fanaticos istos periculosis his opinionibus Judaicis seqviori etiam tempore ad turbas Monasterienses fuisse extimulatos,

D 2

prout

prout Sleidanus Comment. lib. 10. p. 275. ex libro eorum, cui rubricam fecerant Restitutio, allegat, regnum Christi futurum esse ejusmodi ante supremum judicij diem, ut pi & electi regnent, impiis omnino deletis ubiq: item, licere populo Magistratum abrogare; non tamen attendendum modo existimavero ad malum dogma de regno mundi, verum etiam ad pejorem dogmatis hujus applicationem & praxin. Illud non excludit, verum potius includit, imo prætexit spiritualem occupandi atque gubernandi famosi istius regni modum (ecqvid enim non excogitat ὡμελοπτεύμα? ecqvid non incrustat, quando ad imponendum hominibus in Angelum lucis sese transformat?) Hæc vero deinde in pejus abit, & ejusmodi fructus est, ex qvo Pseudopropheta cognoscitur. Non itaque mirum, qvod de utroque occupandi regni istius modo, mundano & spirituali, fuerat explicabile, ad mundanum duntaxat, & civilem seu politicum, immo dirum, seditionis, bellicum & cruentum ab animis misere excœcatis atque dementatis abripi, & ad hunc solum applicari. Enimvero non tantum ad applicationem hanc bellicam & cruentam; verum etiam, id qvod Confessionis litera indicat, ad opinionem ipsam periculosa, ambidextram, & de utrovis occupandi istius regni modo interpretabilem, sine ulla dubitatione respexerunt.

XX. Objicis, etiam oppressionem impiorum, iectu gladii peragendam, & cum cæde cruenta cumque obtruncatione impiorum conjungendam intelligi; at talem oppressionem aut obtruncationem ab hodiernis regni milenarii patronis haudquaquam svaderi, ac proinde eos virgula hac damnatoria Confessionis minimè feriri. Respondeo per αὐτόπεια Chiliastica Warh. part. 1. p. 115. Alle diese Feinde / welche in denen letzten Gerichten mit dem Schwert Christi geföddet worden / kommen nach ihrer Seele in den ersten Todt. Nach ihrem Leibe aber werden sie theils von den Bögeln des

des Himmels gesessen / theils aber elendiglich hingeworffen / daß sie zu Mist und den Menschen zum Greuel werden. Id qvod probari putat Autor ex Apoc. XIX. 21. Jer. XXV. 33. Es. LXVI. 24. pag. 121. & seq. Lib. eod. p. 86 : Die afferstane Heiligen werden nach vorherge hender Vertilgung ihrer Feinde das Reich antreten / und 1000. Jahr mit Christo regieren sc. Bekant. Qv. 41. Werden dann alle diese Feinde Christi durch die Erscheinung seiner Zukunft umgebracht werden ? Rx. Ja. Id qvod, ceu ex p. 115. Warh. part. I. jam percepimus, non de animalibus modo, sed & corporibus eorundem expositum voluit. Warh. part. I. p. 36. Wie vormahls zu Noæ Zeiten eine Sündfluth des Wassers war ; Also ist jezo eine Sündfluth des Bluts / die bis an die Zäune der Pferde bey sechzehenhundert Feldwegs gehet. Provoco nunc ad calculum Lectoris dextrè animati, & expecto decisum qvæstionis, num oppressionem impiorum, cruenta cæde peragendam, hæc φορπηὰ ακόσματα parum denotent.

XXI. Quid multa ? Ex dictis sole meridiano clarus apparet, Chilietitas hodiernos utique spargere Judaias opiniones, qvod ante resurrectionem mortuorum pii regnum mundi occupaturi sint, ubiq; oppressis impiis. Judaicas certe has esse hypotheses, nemo non fatebitur, qui modum probandi easdem, tum Judæis, tum Chilistis nostris familiarem, animadvertis. In exempla ire si juverit, plus vice simplici utrobiq; paria fieri deprehendemus. R. ISAAC in ספר חזוק אמונה sive libro, quem appellat munimen fidei cap. 6. iis, quæ futura credit in diebus Messiae, accenset חיות המתים resurrectionem mortuorum. Probationem accersit ex notissimis testimoniosis, Esaiano c. XXVI, 19. Reviviscunt mortui tui &c. & Danielitico c. XII, 2. Multi, qui dormiunt in pulvere terræ, evigilabunt &c. Addit recutitus: אלו נכוות ורוצח כהן לא נתקיימו ערדין בלי ספק: ועתירות להתקיים כהכרח כי לא איש אל ייכזב: וכלן מעירות אשר

וּמִנְדּוֹת שָׁפֵרַיִן לֹא בָא מֶשֶׁיחַ הַמִּזְעֵד מִפְּנֵי הַנְּבִיאִים עַלְּ אֲשֶׁר
Hactenus recensita ejusq; generis varicinia alia
citra ullam contradictionem nondum impleta esse constat; imple-
buntur autem olim necessario; nec enim DEVS hominis instar
se habet, ut mentiatur. Quamobrem omnia testantur clam-
tantq; , nondum venisse illum Messiam, quem Propheta (super eos
pax) ore suo predixerunt, cuius adventum nos prestatolamur.
Eadem loca allegat Chiliasta pro probanda mortuorum resur-
rectione suum millennium antegressura Warh. part. I. pag. 101.
III. 112. Idem ipse testimonia V. T. plura, quæ ad Chilia-
stum detorqvæt, nondum esse impletæ, confidenter asseve-
rat, pag. 120.

XXII. R. ISAAC paulo ante de adventu Messiae
sheirah shelim ishlohot b'nol ha'olam after melachotot, gog v'tanog
quod post depugnatum bellum cum Gog & Magog
futura sit pax & tranquillitas in orbe universo. Confer editio-
nem Wagenseilianam Tel. ign. pag. 81. Pari certamine in
adventu Christi, & qvidem sub finem millennii deletum iri
Gog & Magog tradit Chiliasta. Bel. qv. 84. 85. 86. Judæi de-
nique regnum Messiae sui mille annos duraturum in Talmude-
Mass. Sanhedr. c. XI. ex Psal. XC. 4. ubi mille anni cum die
beri præterito conferuntur, observante Dn. D. Pfeiff. in Sce-
pticismo p. 372. probatum eunt: Ovum ovo similius es-
se nequit, qvam probatio Chilieteridos im Bel. qvæst. 63.
ubi Aut or loco Davidico Ps. XC. 4. etiam Petrinum jungit 2. Petr.
III. 8. Quodsi hæ non sunt opiniones Judaicæ, nescio e-
qvidem, qvænam tales sint, qvæve potiori jure tales vo-
cari mereantur.

XXIII. Viderint igitur judaizantes hi Doctores, qvî
opinionibus suis portentosis cum art. XVII. A. C. conve-
niat. Ego certe convenientiam prehendere nondum po-
tui. Officit enim illis articuli thesis; officit antithesis.
Hæc, dum spargunt opiniones manifeste Judaicas, qvod
ante

ante resurrectionem mortorum pii regnum mundi occupaturi sint, ubiq; oppressis impiis; id qvod haetenus perspicue edocui. *Illa* verò, dum docent, qvod Christus non in consummatione mundi ea, qva mortuos omnes resuscitabit, sed potius mille annis ante hanc consummationem mundi, ad judicandum resuscitandumq; duntaxat aliquos, sit compariturus. Orthodoxi inhærent Confessioni è salvifico DEI verbo haustæ, credentes ac docentes, apparitionem Christi fore inopinatam (fulguris subitò micantis, sponsi subitò adventantis, & Domini peregrè profecti, domum redeuntis, instar) consummationem mundi fore inopinatam (furis instar) judicium extremum fore inopinatum (laquei instar) resurrectionem mortuorum fore inopinatam (doloris parturientis instar) Κεφάλαιον τῆς λεγομένων. Finis mundi per integrum annorum millenarium ante, qvam fiat, haudqvaqvam erit cognitus, nisi ipsum os veritatis, & ea, qvæ in Textu nostro classico habentur, mendacii arguere velimus. i. n. Ut adeò ignoratio extremi diei maneat nobis confutatio Chiliasmi, maneatq; excitatio ad vigilandum excipiendumq; cum gaudio eum, qvem perversi hujus mundi finem potius acceleraturum, qvam ultra tam feram mille annorum revolutionem prorogaturum esse, præeunte DEI verbo, confidimus. Ex Orthodoxis nostris Theologis, qvi Chiliasmum novellum ab A.C. art. 17. esse damnatum asserunt, sunt venerandi THEOL. WITTEB. in der Christ-Lutherisch. Vorstellung pag. 176. & seqq. Dn. D. DEVTSCHMANN. in der Ubeleinistung pag. 517. & seqq. Dn. D. PFEIFF. loc. cit. Dn. FRID. ULRIC. CALIXT. Tr. de Chiliasmo §. 198. pag. m. 161. ac Dn. D. GEBHARD. THEOD. MEIER. in Castigat. injustæ Animadv. §. 114. pag. m. 193.

*Memorale
III.
DIALOGI-
STICUM.*

SI HODIERNI ERGO CHILIASTÆ EXPLICA-
TIONEM, QVAM IN CAPVT XX. APOCALY-
PTICVM NOVIS PLANE ^{ευρήμασιν} INTVLERE,
TVM NOSTRI, QVOD DÈ IGNORANTIA
DIEI OMNIVM EXTREMI AGIT, TVM CÆTE-
RORVM, QVÆ CLARIORA SVNT CAPITE XX.
APOCALYPSEOS, DICTORVM BIBLICORVM
ANALOGIA MÈTIRENTVR; PRÆCLARE,
CREDO, CVM IISDEM AGERETVR. ID QVOD
BREVI DIALOGO EVINCAM, FAXO.

CHILIASTA. Suntne ista vera, mi Frater, qvæ audio,
 qvibusq; pomæria Sionis hodie personant, vos ni-
 mirum, utcunq; *τὰ χιλια ἐπη* Apoc. XX. concedentes, san-
 ctum tamen Chiliasnum inficiari? ORTHODOXVS. Ita
 est, ut dixisti. Neq; enim ulla seqvelæ ratio nos adigit,
 ut audiamus Te cum Tuis argumentantem: *Dantur mille*
anni. E. *Datur Chiliasmus.* Nexus utiq; inter locum bi-
 blicum, de mille annis dudum præteritis agentem, &
Chiliasmum (qvem Tibi Sanctum placuit dicere) futu-
 rum, nullus admitti potest. Vocabulum *χιλιοι* solum,
 uti ipse agnoscis, Chiliasmum haud probat: nisi si (præ-
 fiscini dixero) ex vocabulo *μύριοι* Myriasmum exsculpere
 qvis annitatur. Deinde velim expendas id, qvod dicam:
Caput XX. Apoc. qvod Achillem esse Tuum arbitrare,
 sententiam tuam magis prosternit, qvam suffulcit. *Si*
nemo præsciet id tempus, qvo sedebit super throno Christus Ju-
dex, a cuius conspectu terra &cœlum fugiet, locusq; ipsis non
invenietur v. 11. *Si nemo præsciet id tempus, qvo judicabun-*
tur mortui secundum opera ipsorum, v. 12. *siq; nemo præsciet*
id tempus, qvo mare reddet mortuos &c. v. 13. *seqvitur, re-*
gnum Chilasticum, qvale vos hodie docetis, in illo capite mi-
nime omnium promitti. Ecqvi enim, amabo, ignoratur, qvod
 jam

jam sub millennii initio præcognitum, quod jam sub millennii initio toti mundo manifestatum, quodq; ratione eventus ad certum certi temporis limitem, ad finem nempe millennii, determinatum putatur? Non potest profecto regnum vestratè designari, qvin anni ac diei extremi individuum speciatim definiatur. At enimvero stat sententia. De die illa, deq; hora nemo scit, nec Angelus, imò nec Filius exinanitus. Proin χιλια ἔτη hujus capititis qvamvis potius aliam, qvām vestram, sibi interpretationem poscunt. CHIL. Sed vestram, mihi crede, difficultates itidem premunt insuperabiles. ORTH. Tales modò videntur aut ingeniis, organa sensuum exercitata nondum habentibus, aut glosas speciosas, navariantes, atq; in scholis Mysticorum aliorumve Heterodoxorum natas præ infallibili textu æstimantibus, aut alia ratione præconceptarum opinio-
num nube occupatis, parumve in simplicitatis orthodo-
xæ cognitione & praxi genuina confirmatis. CHIL. Ad-
versatur vobis ante omnia Caput antecedens XIXnum,
cujus versu 20. tam Bestia, qvām Pseudopropheta in sta-
gnum ignis, sulphure ardens, conjecti dicuntur. Ecqvi
porrò, mirum! ante tempora Constantini, circa qvæ mil-
le annorum initium vos plerunq; figitis, Bestia & Pseu-
dopropheta, i. e. regnum Papale Ecclesiasticum cum suo
capite potuerunt adorari, aut character Bestiæ accipi, si
ante tempora Constantini nondum fuit Bestia, nec Pseu-
dopropheta; verum tribus post seculis demum ista Bestiæ
adoratio circiter suum habuit initium? ORTH. Confun-
dis ordinem temporis cum ordine visionis. In cap. XX.
nova, & ab anterioribus distincta visio est, qvæ describi-
tur. Id qvod si præfracte negas, concedas oportet, ipsum
mundi finem initio mille annorum haud paulo anterio-
rem esse, eo qvod jam supra cap. X, 6. ille fuerit descri-
ptus. Proinde lapsus qvoq; Babelis Bestiæq; ac Pseudo-

E

pro-

prophetæ projectio in stagnum ignis potuerunt cap. antegresso decimo nono esse descripta, licet capite hoc vigesimo nova de mille annis & illorum consequentibus agens visio repræsentetur. CHIL. Remanet tamen & firmis defixum radicibus hæret dubium meum, qvod de charætere & adoratione Bestiæ moveram. Ecqvi ergo circa tempora Constantini aut Martiani potuit character Bestiæ suscipi, aut ipsamet Bestia adorari, cum eo tempore, à qvo vos initium mille annorum supputatis, Bestia, hoc est, regnum Papale Ecclesiasticum nondum extiterit, sed tribus post seculis demum suum habuerit ortum? ORTH. Qvasi vero Paulus non scripserit, mysterium invitatis suo tempore JAMDVM ἐργάζεται, 2. Thess. II, 7. & qvasi Johannes ipse de suo tempore non fuerit attestatus, Præcursorres Antichristi, Hæresiarchas, jamdum adesse, 1. ep. cap. II, 18. Etsi ergo Antichristus magnus qua virilem ætatem, uti loquimur, ante tempora Constantini aut Martiani nondum in mundo fuit; sufficit, qvòd πὸς Ἀντιχριστοῦ πεῖμα ἥδη τῷ κέρμῳ ἦν, spiritus Antichristi jamdum in mundo extiterit, velut iterum loquitur Johannes ep. I. cap. IV, 3. His ita sese habentibus, omnis ille, qvi ante tempora Constantini M. credidit spiritui, non confenti Jesum Christum in carne venisse, credidit etiam spiritui Antichristi. Et tales, qvi τῷ πὸς Ἀντιχριστοῦ πεῖμαν crederent, minimè gentium fuerunt decem persecutionum insigniorum Martyres οἱ πεπλεκτοί, de qvibus loquitur εἰς Ἀποκαλύψιαν v. 4. verū spiritui Antichristi dexterime hi restiterunt. CHIL. Vix leviter strictum hoc modo dubium meum, nedum omnino summotum est. ORTH. Necdum his verbis summoveri omnino debuit. Expecta verò, qvo consilio id responderim. Sive enim Martyres, qvi ante tempora Constantini M. fuerunt πεπλεκτοί, sive Confessores, qvi post tempora Constantini M. non adora-

adoraverunt Bestiam, respiciantur; sive illi, qui regnaverunt cum Christo sub initium chiliados, sive illi, qui sub decursum ejusdem, attendantur, perinde est. Volo dicere, quod etiam intra hanc chiliadem, & dum illa in regno gratiae decurrit, animae utrorumque in coelesti regno & gloria sive beatitudine coelesti vixerint. Simili res utcunq; inclarescat. Quemadmodum Ex. XII, 40. filii Israëlis in Ægypto dicuntur habitasse per 430. annos, videlicet, non simul & semel omnes, verum successivè per annorum horum defluxum ibidem commorati: Ita quoq; h. l. per mille annos dicuntur illi, qui non adoraverant Bestiam, neq; idolatriam Antichristianam exercuerant, regnasse; ut non simul & semel omnes inde usq; ab initio chiliados regnarint. Sufficit, quod intra decursum chiliados pervenerint ad hoc coeleste regnum. Ut enim post ejus decursum non desierunt regnare; ita nec omnes simul & semel circa ejus initium cœperunt regnare. CHIL. Enimvero aliud ex alio se emergit dubium. Dic mihi, quid sibi vult masculinum ὄντες? Anne non arguit, per ψυχὰς intelligi homines? Quid ἔγνωσαν? Anne non idem, quod αἰνέζησαν? ORTH. Mallem, significationem horum verborum, hoc ordine, & hoc constructionis tenore positorum, non temerares. Quin ψυχὴ denotant *animas*: vocabulum ὄντες denotat *Qui*: ἔγνωσαν denotat *vixerunt*; non *revixerunt*. Nulladum nos urget necessitas, ut Grammatica analogia derelicta ad anomaliam configiamus. Textus ipse est mensura. Huic nihil addendum, nihil detrahendum. CHIL. At enim si vestra expositio valet, eventus huic vaticinio parum utique respondet. Ecquid enim ligatio Satanæ, obsecro, ab anno Christi 453. quo circiter Concilium Chalcedonense habitum fuit (tamen si hoc alii intra annum 451. locare malint) usque ad annum Christi 1453, quo Constantinopolis expugnata,

& imperium Gogiticum atqve Magogiticum in ipsis Ecclesiæ penetralibus stabilitum fuit, duraverit; cum Satanæ nunquam minus ligatus, nunquam magis solutus, & ex permisso DEI in Ecclesia grassatus fuerit, qvam intra epochas illas. Multa paucis: Anne non intra hujus milenarii intervallum omnium pestilentissimas hæreses ipsumq; Anti-Christum in templo DEI sedentem ac undique prædominantem excitavit? ORTHOD. Obtineret aliquid hæc tua exceptio, si ligationem Satanæ aliam, qvam duntaxat comparativè talem intelligeremus. Ligatus est Satanæ circiter aut post imperii Constantiniani limitem, qvando videlicet non amplius furere poterat persecutione violenta, uti quidem sævierat in Ecclesiam per seculorum anteriorum decursum: qvando econtrario Ecclesia Christiana mirum in modum dilatata, qvando delubra paganorum destructa, altaria diruta & concremata, qvando idolatria gentilis eliminata libriq; magici combusti fuere. Atque ita ligatio Satanæ intelligitur in habitudine status Ecclesiæ εἰς τὰ ὥστα. Nunc etiam in ordine ad τὰ ὥστα intelligetur. Subjungit enim textus vers. 8. & 9. pugnam cum Ecclesia Gogiticam & Magogiticam, a Satana excitandam. Antequam igitur hanc excitaret, qvam dum machinatus fuerat, ligatus certe fuerat. Quantumvis itaque per decurrentem illam periodum non fuerit ligatus, qva persecutionem Ecclesiæ fraudulentam, ab hæreticis & Anti-Christo magno excitatam; sufficit, suisce ligatum ita, ut persecutione violenta eam aggredi tunc nequivret, seu mavis, cum ipso Textu loquar, vers. 3. ίνα μὴ πλανήσῃ τὰ ἔθη ἐπι ut gentes non amplius seduceret, puta, ad πελεκισμὸν ipsius met Romani imperii eo pacto continuandum. CHIL. Ita vero nec terminus a quo, nec terminus ad quem mille annorum juxta vos certus aut probe definitus erit; id qvod indicio est, explicationem vestram

vestram sibi parum constare , cum tamen Apostolus in sua qvemque sententia velit πεπονθόμενοι . ORTHOD. Complementa divinarum promissionum sæpe non simul & semel à nobis possunt animadverti , eo , qvod res nostræ humanæ durationem haud obtineant permanentem , sed fluxam & successivam modo . Interim sufficit , qvod tam initium , qvam finis mille annorum Apocalypticorum datis epochis sat commode respondeat . Initium qvidem per ea , qvæ antecedunt , de ligatione Satanæ , hoc est , inhibitione ulterioris πλεκτισμῶς & persecutionis Ecclesiæ violentæ ; finis autem per ea , qvæ immediate seqvuntur mille annos , imperium nempe Gog & Magog , circumuentium castra Sanctorum & civitatem dilectam (Constantinopolin , Ecclesiæ Imperiiq; sedem) occupantium . Quid , amabo , clarius ? Qvicq; enim per solutionem Satanæ innuitur , ejusdem oppositum nihilo secius per ligationem Satanæ innuatur , oportet . Solatur itaq; Filius DEI hac visione Ecclesiam , sangvine Martyrum , qvi vitam suam usq; ad mortem non dilecturi essent c. XII II . in tribus prioribus seculis insigniter tingendam , hac Satanæ ligatione , hac πλεκτισμῶς Ethnicorum per mille annos duratura cessatione , & hac ζωῆς καὶ βασιλείας cœlestis participatione , per istud ligationis millennium Martyribus & Confessoribus obtinenda ; cumq; futurum esset , ut post decursum mille annorum rabies Gogitica & Anti-Christiana ipsam iterum exiceret infestaretq; , erigit suos funesto hostium exitu , fore prædicens , ut super Gog & Magog ignis de cœlo descendat , ac Diabolus in stagnum ignis ad Bestiam & Pseu-prophetam conjiciatur , judiciumq; universale , resurrectio universalis , ipsaq; mundi consummatio & finis rerum omnium maturetur , ubi cœlum novum ac terra nova , ubi cœlestis Hierosolymæ gaudia Capitibus subsequentibus XXI. & XXII. ipsis qvam certissime sint parata . En

E 3

tibi

tibi scopum visionis principalem! CHIL. Peno cornutum: Aut hoc mille annorum regnum pertinet ad Ecclesiam triumphantem, aut militantem. Sed per hactenus dicta videtur abs te referri ad Ecclesiam militantem, cui halcyonia & cessationem persecutionum truculentarum Filius Dei polliceatur. E. non ad triumphantem. ORTHOD. Datur tertium. Pertinet ad utramque. Si quidem haec non est Ecclesiæ in plures species pluresve Ecclesias, verum unius Ecclesiæ in diversos modo status, diversaq; accidentia distinctio. Hinc Scriptura toties permutatim ea, qvæ Ecclesiæ triumphantis sunt, militanti tribuit. Et certe regni gloriæ seu cœlestis positio non est simpliciter & pro diverso respectu regni gratiæ negatio. Promittit ergo Filius Dei hic Martyribus & Confessoribus regnum gloriæ, idq; à fluxu millennii, qvi regno gratiæ competit, denominans, præmium Ecclesiæ triumphantis ac sollatum militantis certo modo combinat. Hoc igitur à ligatione Satanæ, mille annos duratura; at illud à βασιλείᾳ beata Martyrum Confessorumque intra istud millennium (non exclusa tamen ulteriori duratione, imo æternitate) futura desumit. Qvod enim ad triumphantem attinet, sancti cœlites non amplius regnum mille annis terminabile possident, sed æternum. Apoc. XXII, 5. Fluxus itaq; ac terminus millennii hujus consolatorii & reqvietorii, quo ligandus Satanas ac πλεκτισμός Ethnicus sedandus veniebat, qvodq; Filius DEI h. l. promittebat Ecclesiæ adhuc in terris militanti, non incongrue simul triumphanti vendicatur. CHIL. Imbibe fodes dexterius, qvæ hic inter polo: Definita Chilia non est ipsa æternitas. Hanc ergo qvi in loco jam præsente intelligit, illam destruit. ORTH. Non destruit. Attende igitur ad id, qvod subjiciam. Si Deus pius jam Theologum beate obdormiscere sineret, & intra viginti à morte ejus annos certis Ecclesia halcyoniis frueretur

retur; anne igitur non de eo liceret dicere: Hic interea, dum Satanus certa ratione ligatus fuit, cum Christo vixit ac regnavit per viginti annos? Uti ergo non excluditur per eos, qvos dico, viginti annos ipsa gaudii cœlestis, qvod ille percipit cum Christo, æternitas: Ita nec in nostro textu. Adeo diversitas respectus omnem, qvæ aliás inter Chiliadem atqve æternitatem intercedit, contradictionem, ceudicunt, virtualem in denominando perimit. **CHIL.** Ecqvos putas esse cæteros mortuorum, qvi non ἀνέζησαν, donec consummarentur mille anni? Anne non illi sunt resuscitandi demum in fine mundi, cum Christus Judex sub initium chiliados Martyras, Santos electos & extreme impios resuscitaverit? **ORTH.** Minime gentium. Sic nimirum convelleretur analogia fidei de unitate resurrectionis novissimæ. Sed sunt mortui in peccatis, qvales Ethnici idololatræ Eph. II, 5. Sunt adoratores Bestiæ, qvi Martyribus & Confessoribus jamjam nominatis opponuntur. Sunt λοιποὶ illi, qvi non resipuerunt ab operibus manuum suarum, ut non adorarent dæmonia & simulacra aurea & argentea, & ærea, & lapidea & lignea, qvæ neq; videre possunt, neq; ambulare. Apoc. IX. 20. H̄i non ἀνέζησαν, non revixerunt, neq; resurrexerunt, ἀναστάσει nempe τῇ περιτῇ (qvæ est à morte spirituali ad vitam spiritualem progressio, & cuius immediata hic subnequitur mentio) idq;, donec consummarentur mille anni; Sie wurden nicht wieder lebendig/ bis tausend Jahr vollendet wurden/nach den tausend Jahren aber viel weniger: perinde, ac filia Saulis Michal, qvæ usqve ad diem mortis sterilis mansisse memoratur 2. Sam. VI. 23. post mortem multo minus enixa est infante. Uti enim beati cœlites post mille annos regnare & vivere non desinunt: Ita nec hi post mille annos desinunt mori, dīs nimirum ἀνθανόντις, Ep. Jud. V. 12: morte spirituali & æterna. Illi βασιλεύστω εἰς τὸν αἰώνας τῶν αἰώνων, regnant

regnant in secula seculorum , cap. subseqv. XII, 5. Hi subsunt servituti mortis in secula seculorum. Ut adeò antithesis inter Martyras & Confessores , in cœlis ζωντας cum Christoꝝ; per mille annos βασιλεύοντας ex una parte, & hos λοιποὺς τῶν νεκρῶν , idololatras nempe & adoratores Bestiæ τὸς σκάνδαλοντας , nec μέρος εἰ τῇ αὐτοῖσι τῇ πεώτῃ ἔχοντας ex altera parte , sit longè apertissima. CHIL. Hoc ipsum nego & pernego , per primam resurrectionem spiritualem illam , à peccatis quæ fit , intelligi oportere. Propriè dicta intelligitur , non metaphorica , uti & propriè dictum regnum , & propriè dicta Sanctorum vita , per spatium mille annorum duratura. ORTHOD. Credere mihi , πεῖται ψεῦδος tuum hoc est , resurrectionem propriè dictam hīc intelligi. Age verò , fidem faciam asserto. α) Enim αὐταῖς propriè dicta est corporum ; hæc ψυχῶν. β) Illa non est causa vitæ æternæ (quandoqvidem etiam impii resurgunt, verum ad judicium condemnationis & mortis æternæ) hæc autem est ejusdem causa. Et enim qui partem in ea habet , super eo mors secunda non habet potestatem. γ) Absconum plane foret , ita resuscitata à morte corpora , eademq; clarificata & immortalia , etiamnum liberos intra decursum isthunc Chiliaisticum progignere , qvod probatum itis ex Es. LXV, 23. δ) Absconum , Gogum & Magogum ad mortem quærere immortales. ε) Absconum (hoc unum expendas , velim) animas Sanctissimorum Martyrum & Confessorum , visione beatifica gaudentes , corporibus eorum reddi , ut vitam animalem per tantum temporis οἰκία , idque vel extra cœlum visionisq; illius beatificæ statum , vel simul in cœlo & cum intuitiva visione his in terris degant. ζ) E contrario stylo Johanneo spiritualis , quam nos in textu nunc præsente invenimus , resurrectio est consona , Evang. cap. V, 25. nec non Paulino Eph. V, 14. CHIL. Euge! Euge! Nihil durius hoc verbo. Martyres & Confessores non

non amplius sunt in morte spirituali. E. nec resurgunt à morte spirituali. Non habent amplius partem in regeneratione eò, qvod miserias hujus vitæ dudum liqverint à tergo. ORTHOD. Tametsi Confessores ac Martyres, qvi jam sunt beati cœlites, non resurgunt à morte spirituali, h.e. non regenerantur; habent tamen partem in regeneratione seu resurrectione à morte spirituali. Anne enim, obsecro te, non habent qva plenissimam fruitionem τὸν μερίδαν κλήρου τῶν ἀγίων εὐτῷ Φωτί Col. I, 12? Anne non habent qua promissorum omnium complementum μερίδα aut κλῆρον in verbo DEI? (qvæ phrasis extat Act. VIII, 21.) Anne non habent partem in baptismo, itidem regenerationis organo, ejusdemq; effectu? Habent utiq; partem in resurrectione spirituali, utpote cuius fructum, nempe vitæ æternæ gaudia, nunc percipiunt. Habent partem in eâ, non ut labiles amplius aut relapsuri in mortem spiritualem; verum ut tales, qvi peccare amplius non possunt. Vix' hoc uberioris declarem? Qvam planum & facile intellectu est, cum dicitur, qvod beati cœlites habent partem in ipso Christo & cum Christo Joh. XIII, 8. cœlesti Davide 1. Reg. XII, 16. tam perspicuum tamq; facile perceptu est, cum dicitur, eosdem habere partem in Christi redemptione aliisq; ejus beneficiis, utut jam dudum præteritis aut consummatis. Inter hæc autem beneficia regeneratio seu vitæ spiritualis donatio & acquisitio, qvæ αὐτοσιως atq; αὐτοῖσις nomine h. l. venit, non postremum obtinet locum. Res allata similitudine patescit. Ecquis, obsecro, vetat dicere, qvod filius hæres adhuc partem habeat in beneficio paterno ac dispositione hæreditaria, qvantomvis ea vel viginti abhinc annis facta sit, & vel decem abhinc annis filius ejus fructum seu effectum perceperit? Ita subditus in beneficio Principis, utut dudum percepto, aut ejus certe fructu, nihilo-

F

minus

minus adhuc partem habere potest. Ita civis partem habet in generatione parentum honestorum, utut dum præterita, cuius tamen fructu sive effectu gaudere nondum definit. Neq; aliter vir doctus etiamnum partem habet in assidua studiorum suorum cultura, qvæ tamen jam dudum, videlicet tempore juventutis, superata esse potest. Qvibus observatis liquidius, credo, apparet, qvid sibi velit Johannes, quando ait v. 6. *Beatus ḡ sanctus, qui habet partem in resurrectione primā.* In iis secunda mors non habet potestatem; sed erunt Sacerdotes DEI ḡ Christi, ḡ regnabunt cum illo mille annos. Regnabunt, i. e. felicissimè agent & bene beateq; vivent, neq; amplius servituti illi probrosæ peccati & mundi subjacebunt. CHIL. Sed enim adducitur hæc prima resurrectione ceu præmium aliquod & gratiosa remuneratio fidei pristinæ, quam Martyres & Confessores antehac servarant, nec non passionum, quas ob testimonium JESV ac verbum Dei exantlarant. Cogita itaq;, num possibile sit, resurrectionem spiritualem sive regenerationem ejusmodi remunerationis loco hic promitti posse. ORTH. Qvod scopus Filii Dei sit, h. l. resurrectionem primam, ceu præmium aliquod & remunerationem gratiosam adducere, frustra dicitur, cum non probetur. Hoc, hoc additur ceu præmium fidei & persecutionum exantlatarum; hæc, hæc gratiosa sistitur remuneratio, qvod dicuntur *vivere & regnare cum Christo.* Cæterum resurrectione prima specificat potius subjecta viventia & regnantia cum Christo; tantum abest, ut effectum aliquem passionum & afflictionum antea exantlatarum designet. Imo non specificat modo subjecta viventia & regnantia cum Christo, videlicet Martyras & Confessores; verum etiam causa simul est, ob quam illi vivant & regnent cum Christo. Causam autem vitæ æternæ regenerationem esse, analogia clariorū Scripturaræ

ræ locorum abunde comprobatur. Eph. V, 14. Joh. III, 5. V, 25. Sic igitur parorama tuum hermenevticum in præsentia inde emanat, qvoniā illud, qvod pro causa vitæ æternæ proq; specificatione subjectorum æternū viventium allegatur, pro præmio afflictionum exantlatarum Tute apprehendis & sine ratione solida venditas. CHIL. Gemina tamen resurrectio in textu extat, prima nempe Martyrum & Confessorum; altera verò eorum, qvi revixerunt consummatis mille annis. Expunge mihi hæc Spiritus S. oracula. ORTH. Ignosce verbo: Non sunt hæc oracula Spiritus S. qvæ in textum potius inferuntur, qvam inde efferuntur. Vna, non gemina, in versibus qvinto & sexto, traditur resurrectio; & cohærentia est hujusmodi: *Ceteri verò mortuorum non revixerunt, donec consummarentur mille anni.* Hæc (qva nimirum λοιποὶ isti non revixerunt, qvare caruerunt) est resurrectio prima. Qvæsto, num animadvertis tandem hanc cohærentiam? Expende stylum Johanneum, & confer alias qvoqve propositiones demonstrativas apud hunc Evangelistam. Patebit sane, particulam δεκτικὴν sive ostensivam ad ea, qvæ immediate antecesserant, repetenda, recolenda, ruminanda lectorem subinde remittere. Vide Evangelium cap. III, 18, 19. VI, 28, 29. 38, 39. XVII, 2, 3. XX, 30, 31. XXI, 23, 24. Vide etiam Epistolam I. cap. II, 22. V, 20. Ecqvid ergo mirum, idem objectum, eandemq; rem significatam voce ἀναστάσις insinuari, qvæ voce ἀνέγνωσσι pau-
lo ante insinuabatur? Sepone itaqve præjudicium de dupli-
ci resurrectione, qvod antea Tute textui forinsecus in-
tuleras. Sepone abusum Theologiæ Mysticæ, nec sen-
sum præsentis loci literalem, qvanticvis tropico ἀναστά-
σις vocabulo intentum, in vacuas, ut ita dicam, anago-
gias detorqve. Sepone præpostoram interpretandi con-
fvetudinem, qua dogmatica ex Propheticis, iisdemq; ob-

scurioribus, testimonii astruere adhuc laborasti. Ita nempe & in hoc textu unicum invenies resurrectionem improprie dictam, & in aliis nihilofeciū unicum, proprie dictam, tam respectu impiorum, quam piorum sive ele^{ctorum} (^{τὰς ἐπιστολὰς} dicitur) omnium talem, in novissimo die futurā Joh. VI, 39, 40. coll. cum V, 28, 29. Hanc resurrectionis novissimæ unitatem si ex clarissima Scripturæ luce agnovisses, non certe dualitatem, nedum triplicitatem resurrectionis (dum eam, quæ est extreme impiorum, quamq; sub initium chiliados fore putas, primæ illi denuo contradistinguis) excogitasses. Ita vero mirum non est, ex alia in aliam tendere cespitationem, quotquot præ simplicitate analogiæ fidei anagogiam Theologiæ Mysticæ confidentius seqvuntur. CHIL. Fac me missum. Opto Tuam Tibi conversionem. ORTHOD. Optato potius hanc Judæis Tuis; seu mavis, curato universalem & simultaneam eorum conversionem. Ego quidem certe cum ipsis, tum Tibi eam ex animo precor. Sed ehodus! cave deinceps tot testimoniorum Scripturæ V. & N. T. ipsiusq; adeo petitionis secundæ in Oratione Dominica perversiōnem. Neque enim hæc aliud, quam insignem cum execratione Tua conjunctam pertinaciam arguit. Quorsum accedit acerbior ^{ἐξαγνώσμας} eorum, qui ex clarioribus Scripturæ oraculis & universa fidei analogia Te erroris crassissimi dudum convicere. Id quod non mentis modo, sed & voluntatis Tuæ vitium est. CHIL. Putasne Tu, me in ipsum fidei fundamentum impingere illudve subversum ire? ORTHOD. Paciscere prius cum Mart. Chemnitio LL. part. I. pag. 3. qui non dubitat vel Irenæi Chiliasmum errorem in fundamento vocare; anteqvam à me rationem asserti hujus exposcas. Interim si vis me scapham nominare scapham, utiq; Te quodantenus in fundamento errare affirmo; idque, si non direste, ad summum indirecte

recte subversum ire. Defendis enim ejusmodi errorem, ex qvo errores fundamentales dogmatici, numero pene infiniti, non possunt non emanare. Subministro exemplum. Negat qvis existentiam bonorum Angelorum, errore ab initio nondum fundamentali; qvodsi vero tot perspicua verbi divinitestimonia, qvæ existentiam hanc invicte probant, proæretice convellat, & sensum eorundem manifestissimum præfracte adulteratum eat; tum vero fit, ut error hujus ex accidenti & indirecte fundamentalis evadat. Negatio enim divinæ veritatis cum fundamento fidei organico consistere non potest. Gemina de Te Tuiq; similibus non possum, qvin judicem. In qvot enim fidei articulos pedem haetenus impegeritis, ab aliis affatim commonstratum fuit. Opto igitur, ut errorum vestrarium cum hermenevticorum, tum dogmaticorum hydram, seu mavis cum Apostolo loqvar, gangrænam haetenus longe lateq; serpentem execremini, ac palindiam in tempore meditemini. CHIL. Mitior te Hieronymus erat, qvi de Chiliasmo tot Sanctorum Patrum Comm. in Jerem 19. ita scripsit: *Licet hanc sententiam non sequamur; tamen damnare non possumus: quia multi Ecclesiasticorum virorum & Martyrum eam tenuerunt, & uniusquam in sensu suo abundet, & Domini cuncta judicio reserventur.* ORTH. Idem vero Hieronymus Comm. in eundem Prophetam cap. 31. ait: *Delirant, qui auream atq; gemmatam suspirant Hierusalem.* En! sententiam illam ipsam, de qva loquenter Tute adduxeras, ille delirium nunc appellat. Neu suspiceris, me parum inspexisse Stridonensem hunc, quem Tibi arbitrum elegisti, Patrem; en! verba expende, qvæ locum abs Te allegatum immediate antecedunt. *Quoniam sibi Iudei, inquit, auream gemmatam Hierusalem restituendam putent, rursumq; viictimas & sacrificia, conjugia sanctorum & regnum in terris Domini Salvatoris; quæ licet non*

F 3

sequa-

sequamur, tamen damnare &c. Expende sis præterea, qvodnam idem Pater Comm. in eundem Prophetam cap. 30. *novam ex veteri hæresi*; qvodve Comm. in Dan. 7. *fabulam* appelle; & habebis Hieronymum Antichilia-stam potius, qvam Semichiliaстam. Venit in mentem loci adhuc unius ex lib. 18. in Esiam: ubi de Dionysio Alexandrino testatur, qvod elegantem scripserit librum, in quo irriferit *mille annorum fabulam* & auream atqve gemmatam in terris Jerusalem, instaurationem templi, hostiarum sanguinem, otium Sabbathi, circumcisionis injuriam, liberorum educationem, epularum delicias, & cunctarum gentium servitutem &c. Addo, Chiliasmum Patristicum, quem alii Papiensem, alii Lactantianum vocant, & crasso isti Cerinthiano contradistingunt, errorem subinde fuisse non prædominantem, i. e. talem, qvi in foro contradictorio extrema cum pervicacia defensatur, qviqve tot numero oracula V. & N. T., vel de regno gratiæ, vel de regno gloriæ agentia, ad regnum istud intermedium detorserit. Potest itaqve in Patribus ut nævus tolerari id, qvod accedente pertinacia eorum, qvi luci Scripturarum obliquantur, degenerat in schismaticas opiniones. CHIL. Expectamus eventum. Hic littem dirimet. Qvis, amabo te, scit, qvid futurum sit? ORTH. Expectate ad calendas usqve Chilasticas. Fata Ecclesiæ & futuros eventus citra revelationem Dei mediatam expectare, otium mentis est, ac Theologiæ Mysticæ somnium. CHIL. Noli scandalizare: noli turbare: noli affigere amplius Ecclesiam orthodoxam: noli intestina ciere dissidia, tunicamq; Christi inconsutilem dilacerando hiantia nimis dissensionum vulnera distendere indies magis, atq; ampliare: noli ansam ministrare Magnatibus apostatandi: noli vellicare tot eruditissimos homines, mihi deditios: noli ambiguos reddere alios, itidem

dem solidioris doctrinæ magnæqve celebritatis Viros.
 ORTHOD. Parcius ista tamen, *ωναγέ*. Eliæ non turbant Israëlem; Theologi vere Lutherani non *μόρφωσιν* pietatis, sed pietatem cum sinceritate doctrinæ conjunctam sequuntur. Hi, inquam, utut muneris elenctici, divinitus commissi, memores, idqve decenti cum zelo obeuntes, tamen intra cancellos moderationis prudentiæq; Christianæ subsistentes, Israëlem non turbant. Cogita ergo, annon turbatores isti sitis (ignosce verbo, si severiora objectanti severiora quoqve respondero, & ita *memoriale meum tergeminum, syllogisticum, analogisticum ac dialogisticum* in timore Domini contraxero) Tute cum Tuis. Vos enim, ô Chiliaſtæ, cum Hyperaspistis vestris a latere, id hactenus egistis, ut simplicitatem orthodoxam desereretis, *κενοφωνίας & καινοφωνίας* vestras acriter, tanqvam pro aris & focis pugnando, & secus sentientes acerbe traducendo, tueremini; & vos ipsi tamen carnalia etiamnum sapiendo errasse minime vultis. Hinc illæ lacrymæ: Hinc sermonem vestrum instar gangrænæ etiamnum serpere non est mirum. Vobis itaqve, qvi illuminationem præ cæteris singularem jaētitantes simplicitatem orthodoxam deseritis, non nobis, qvi eam tuemur, coram tribunalí Domini grave erit stare. Vos Sionem orthodoxam, pressam eheu! ac tantum non oppressam, ludibrio heterodoxorum exponitis; non nos. Proin redundat in vos scandali accepti culpa; non in nos, qvibus commendatis simum est illud æterna memoria dignum Gerhardi nostri effatum L. de Consumm. Sec. §. 80. *detrahendam esse Chiliaſticæ opinioni larvam, quocunq; tandem minio pingatur, ac quacunq; ceruſſa obducatur.*

ERRATIS, qvæ forsitan irrepsere, typicis annumerari potest, qvod pag. 29.
 lin. 9, 10. pro *animalibus* legendum sit *animabuſ*.

Fabu-

Fabula, mille annos renovans hoc tempore
diro,

Non genio arridet, dulcis Amice, Tuo.
Excutis hanc sine dente ad sacri oracula verbi,
Hisqve minus vapidam congruere , ipse
doces.

Eia bonum factum ! Precor, hæc industria mille
Det, si non annos, mille brabea Tibi.

Ita commendatione piorum dignissimo
DOMINO RESPONDENTI, Auditori
suo assiduo , gratulabundus applaudit
PRÆSES.

DVm mille annorum Regnum perpendis ,
acumen

Judicij monstras ingeniumq; sagax.
Gratulor hoc specimen Doctrinæ, ac pectore toto,
Post ut Te maneant gaudia mille, precor.

Ita Nobilissimo atq; clarè docto DOMINO
RESPONDENTI, specimen Erudi-
tionis egregium edenti, exigua qvi-
dem vena , sed meliore tamen affe-
ctu, qvem Patria , qvam unam cum
ipso habet , & mores ejusdem opti-
mi omnino exigunt , applaudere
voluit

ADAMVS BALTHASAR WERNER, D.
& Pande&t. P. P.

*) o (: *)

Coll. dies. A. 114, misc. 64.